



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Priori Et Conventvi de Nostlat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

perlata fuisset, & per multos prædeceſſores nostros non tantum ſemel ſopita, ſed ſaþe, nihilominus tamen ſuper ea nos oportuit laborare; nec fuit per Dei gratiam labor noſter inanis, ſed principium noſtrum finis eſt debitus ſubſecutus. Siquidem cū utraque partium ad citationem noſtram apoftolico ſe conſpectui preeſtaſſet, auditis quæ fuerunt hinc inde proposita, rationibus, allegationibus, & attreſtationibus, & instrumentis partium diligenter inſpectis, de communi frarum noſtrorum conſilio ſententiam diſtavimus pro Eccleſia Turonensi, auctoritate apoftolica decernentes ut Dolen. Eccleſia ſuffraganea ſemper exiſtat Eccleſia Turonensis, & ei tāquam ſuā verae metropoli reverentiam, honorem, & ſubjectionem ſemper impendat, nec ullo unquam tempore ad uſum Pallij Epiftopus Dolensis aſpiret. Ideoque ſerenitatem regiam monemus & exhortamur attentiū, ac per apoftolica tibi ſcripta mandamus, quatenus latam à nobis ſententiam, quantum in te fuerit, & tu ipſe conſerves ulterius, & facias ab aliis obſervari, eandem Eccleſiam Turon. in ſuis iuſtiis & manutenenſis & deſen-dens. Datum Laterani II. Kal. Iunij.

In eundem modum Comitiſſe & A. filio ejus, & universis Baronib⁹ Britannie, uſque ad verbum obſervari, Turon. Eccleſiam veſtram recognoſcentes metropolim, & ad eam, in quibus neceſſe fuerit, devoṭe & humiliṭe currentes. Alioquin ſententiam quam in vos propter hoc canonicē tulerit Eccleſia Turonensis, ratam habebimus, & faciemus auctoritate noſtra inviolabiliter obſervari. Datum eadem.

In eundem modum Clero & populo Dolen. uſque ad verbum aſpiret. Ideoque uni- verſitati veſtræ per apoftolica ſcripta mandamus, & diſtričte preecipimus, quatenus latam à nobis ſententia devoṭe ac fine omni contradictione parentes, Turon. Eccleſiam, videlicet metropolim veſtram, curetiſ humiliter revereri, & ad eam in quibus neceſſe fuerit, & iuſ metropolitanum poſtulat, recurritis. Alioquin ſententiam quam in vos propter hoc canonicē tulerit, ratam habebimus, & faciemus auctoritate noſtra inviolabiliter obſervari. Datum eadem.

In eundem modum Capitulo Dolen. uſque ad verbum recurritis. Volumus etiam, &

ſub eadem ſententia diſtričte preecipi- mus, quatenus dilectum filium elec- tum veſtrum conſecrandum venerabili fratri noſtro Turon. Archiepiftopo, omni ap- pellatione, contradictione, & occaſione ceſſantibus, preeſentetis: qui ei more ſuffraganeorum Turon. Eccleſiae pro- feſſionem faciat, & obedientiam promi- tar. Quod niſi inſra duos menses, poſt- quam requiſiti fueritis, volueritis adi- plere, ſententiam quam propter hoc idem Archiepiftopus in vos canonice tu- lerit, ratam habebimus, & faciemus au- torite Domino inviolabiliter obſervari.

In eundem modum Archiepiftopo Rotho- magen. & ſuffraganeis ejus uſque ad ver- bum aſpiret. Ideoque fraternitati veſtræ per ap. ſcripta mandamus quatenus la- tam à nobis ſententiam, quantum in vo- bis fuerit, & vos obſervetis ulterius, & faciatis ab aliis obſervari, nec alicui de Dolen. dioceſi chrifta vel alia ſacra- menta eccleſiaſtica miniftriſis, niſi de conſenſu Eccleſiae Turonensis. ſenten- tiam inſuper quam venerabilis frater no- ſter Archiepiftopus Turon. in dilectos filios electum & Capitulum Dolen. pro- pter contumaciam ſeu inobedientiam eorum canonice tulerit, uſque ad ſatis- factionem congruam per dioceſes ve- ſtras ratam faciatis & firmam haberi. Da- tum ut ſuprā.

Epiſt. 82.

PRIORI ET CONVENTVI de Noſſlat.

*C*Vm à nobis petitur &c. uſque ad verbum aſſenſu, de Felechiurche, de Fedreſtam, de Batteleya, & de Warnefeld Eccleſias, quas monaſterio veſtro bonę me. B. Eboracen. Archiepiftopus canonice contulit, ſicut eas juſtē ac pacificē poſſidetis, & in au- thentico ipsius Archiepiftopi plenius continentur, vobis & per vos monaſterio veſtro auctoritate apo. conſirmamus, & preeſtentis ſcripti pagina communimus. Decernimus ergo &c. Datum Laterani I I. Nonas Iulij.

*Epiſt. 89.
De conſirma-
tione priuile-
giorum.*

PRIORI ET CANONICIS de S. Oſſvaldo.

*I*Vſis petentium &c. uſque ad verbum aſſenſu, Eccleſias de Boolton, de Sud- cherchebi, de Rouuelle, & de Felechiur- che, ſicut eas juſtē ac pacificē poſſidetis, ad exemplar felicis recordationis C. Pa- pæ prædeceſſoris noſtri, vobis & per vos

*Epiſt. 90.
Ejusdem argu-
menti.*

D d d ij